



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XVIII. Das Kloster Colebek verkauft eine Hufe in Evendorf dem Kloster  
Hillersleben, am 17. April 1220.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

tribus sigillis, ut premisimus, fecimus insigniri sub interminacione anathematis districtius inhibentes, ne quis ea infringere vel immutare presumat. Si quis autem suadente dyabolo hoc attemptare presumpserit, indignacionem dei omnipotentis et beatorum apostolorum petri et pauli et nostri anathematis se noverit incursum. Datum Halberstadt, per manum Thiderici notarii nostri. Anno consecrationis nostre III<sup>o</sup>.

Cop. I, fol. 1.

XVIII. Das Kloster Colebeck verkauft eine Hufe in Evendorf dem Kloster Hillersleben, am 17. April 1220.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Escelinus, dei gracia prepositus et totus conuentus in Colebeke cristi fidelibus vniuersis presentibus et futuris. Recognoscimus et presenti pagina protestamur, quod nos mansum quendam in Euendhorp situm, nostre ecclesie pertinentem iure proprietatis, vendidimus domino abbati et monasterio in hildesleue pro duodecim marcis argenti de communi consilio et consensu, quas in usum et vtilitatem ecclesie nostre redegimus, redimentes ex eis quedam bona nostra propter urgentes necessitates nostras et ecclesie nostre impignorata a nobis. Renuntiamus igitur omni iure, quod habuimus in manso prefato et ne in posterum oblivione aut verucia alicuius possit aliquod impedimentum supra scripte vendicionis nostre factum fortiri, presentem paginam testium subscriptione et sigilli nostri impressione firmatam monasterio dedimus memorato. Testes huius rei sunt Johannes, Albertus, Arnoldus, Euerwinus, Conradus, Heydenricus, sacerdotes; Fridericus, Thomas, Germarus, Baldwinus, diaconi, duo Conradi, subdiaconi, fratres ecclesie nostre. Actum anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>., XV<sup>o</sup>. kal. Maii.

Cop. I, fol. 23.

XIX. Pappst Honorius III. bestätigt dem Kloster Hillersleben Besitzungen und Freiheiten, am 20. Mai 1220.

Honorius, episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis abbati et conuentui monasterii hildesleuen salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Ea propter, dilecti in domino filii vestris iustis precibus inclinati personas et monasterium vestrum, in (quo) diuino estis